

Georg Thegen    Johann Justus Mohr

## **Disputatio Philosophica De Auditore Philosophiae Domestico**

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730607577>

Druck    Freier  Zugang



*R u. phil 1676*







C. D.  
DISPUTATIO PHILOSOPHICA  
De  
**AUDITORE**  
**PHILOSOPHIÆ**  
**DOMESTICO**

*Quam*  
Divina favente gratia  
Consensu amplissimæ Facultatis Philosophicæ  
in Celeberrima ad Varnum Academiâ

PRÆSIDE

**DN. GEORGIO Hegetti/**  
Philosoph. Magistro Clarissimo  
publico Eruditorum examini

submittet

**JOHANNES JUSTUS MOHR,**  
Corbachio Waldeccus  
AUT.

In Auditorio Majori

*ad diem 1. Aprilis Horâ VIII. A.O.R.M.DC.LXXVI.*



**ROSTOCHII,**  
Typis viduz **JOHANNIS KILII,** Acad. Typogr.









C. D.

§. 1.



Onincommodè *Gvarinus Veronensis* in *vita Aristotel.* Philosophum diligentem appellat Patrem, quod filios per pueritiam adolescentiamq; educatos prius non deserat, quàm continuato diligentia studio eos in viros traduxerit, Disciplinas quoque ante se variè dispersas in unum Corpus singulas redegerit, Librosque suos ita conscripserit, ut & parvulos instruere & mediocres alere, ac robustos exercere ac perficere voluisse, omnesque ætatis nostræ curam cogitationemque suscepisse videatur. Nam, cum Philosophus, ut pulchrè *Synesius in Dione* ait, ex omnium disciplinarum concentu concordiaque temperatus sit, eamque omnem multitudinem in unum corpus redigat, vid. *Plutarch. lib. 1. de Fortuna & virt. Alexand.* homo autem, quam primùm in lucem edatur non statim Philosophus existat, sed prout corpus humanum juxta *Philos. 1. 2. de generat. animal. c. 1.* paulatim & per gradus perficiatur: necessario, antequam ad intimiora progrediatur adyta, manuuctione quadam præparatoris opus habebit, ut ordine legitimo tandem ad perfectionis suæ gradum pervenire queat; non secus atq; ager, qui, cum semen recipere & fructum proferre debet, diligenti prius cultura præparandus est; δὲ γὰρ προδιεργασίᾳ τῆν ἔσπεραδὲ ψυχὴν ὡσπερ γῆν τὴν θρέψασαι τὸ σπέρμα.

Opus enim est, ut præcultus animus sit Auditoris, non secus ac

A 2

ter-

*Recip. p. 20.*



terra, quæ semen sit nutritura 10. *Eth*: 9. (10.) vid. *Plutarch*: de  
*Educand*: Lib.

§. 2. Et hanc quoque *Causam* fuisse arbitramur,  
quare veteres olim Philosophi, tam in ipsa cognitione re-  
rumque Philosophicarum Tractatione, quàm etiam in  
Auditoribus accuratum satis discrimen observarint. *Cog-*  
*nitio* alia ipsis erat *ὀρθοδόξα*; alia *ἑπισημονική*; Illa solum  
ad aliorum de re aliqua opiniones: Hæc ad rem scibilem,  
ejusque naturam dirigebatur. Modus quoque res tra-  
ctandi duplex *λογικὸς* sive *διαλεκτικὸς* ex communibus &  
generalibus principiis, aut aliorum tantum opinione; &  
*πραγματικὸς* sive *ἀναλυτικὸς* ex propriis & vernaculis prin-  
cipiis, prout cujuslibet rei fert natura. vid. 1. *Top.* 14. 1. *Pos-*  
*ter.* c. 19. 2. *de generat*: animal: 8. l. 2. *de Cælo* c. 5. text. 44.  
& interpretes *Arist.* *Alexand*: *Aphrodis*: in 1. *Top.* 14. *Themist*:  
in 1. *Post*: *Ammon*: in *Categor*: cap. 14. *Simpli.* ad l. 3. *Phys.* 18.  
& 4. *Phys.* 87. *Eustratb.* in l. 2. *Posser.* Ex qua distinctione  
quoque natum est discrimen inter Libros *Acroamaticos* &  
*Exotericos*, de quo vid. 6. *Eth.* 4. 1. *Eud.* 8. & l. 2. c. 1. 3. *Pol.* 4.  
& l. 7. c. 1. 13. *Metaph.* 1. *Themist*: in *proæm.* *Phys.* *Ammon*: in  
*proæm.* *Categor*: *Philop.* *Comment*: 138. in l. 1. *de Anima.* *Cicer.*  
l. 5. *de Finibus* aliosque quam plurimos in *Isagoga* *Piccarti*  
c. 9. *Acroamaticos* solis genuinis & domesticis audi-  
toribus; *Exotericos* verò & vulgo *Juvenibus* sine dele-  
ctu, & iis, qui aliàs quidem ad philosophiam apti, per ata-  
tem autem *mysteria* Philosophica nondum penetrare po-  
terant, proponebant, ut iis ad secretiores *Scientias* illos  
præpararent, non secus ac *Pictores* facere solent, qui ante-  
quam iis, quibus volunt, coloribus res depingunt, præ-  
parantibus prius coloribus & obscurioribus lineis eas ad-  
umbrare solent. vid. *Cicer.* l. 3. *de finib.* c. 3. *Quintilian.* l. 1.  
c. 1. *De Aristotele* refert *A. Gellius* l. 20. *Noct. Attic.* c. 5. quod

Com-

Rec. 4. n. 13.

Rec. p. 28. c. 4.

Rec. p. 114. p. 4.  
p. 102. esp.  
c. 10. inf. p.  
9.

p. 74. 28. 39.

p. 90. 97.



Commentationum Artiumque, quas Discipulis tradidit, duas  
 species habuerit. Alia erant, qua nominabat ἑξωτερικῆς; alia,  
 qua appellabat ἑσωτερικῆς. Disciplina Acroamatica tempus  
 exercenda dabat in Lyceo matutinum: nec ad eam quemquam  
 temere mittebat. ἑξωτερικῆς verò Auditiones eodem in loco  
 vesperti faciebat; easq; vulgò Juvenibus sine delectu proponebat;  
 atque eum δειπνῶν ὀμιλεῖν appellabat; illum alterum ἐπιεικῶς  
 librosque suos, earum omnium rerum Commentarios, seorsim  
 divisit; ut alii Exoterici dicerentur, partim Acroamatici. Si-  
 milia de Pythagora vide ap. Malchum in vita Pythag. & Jam-  
 blich. cap. 28. item de Platone. Galen: in fragmento de Sub-  
 stant: facultat: natural. Inter scripta enim Acroamatica &  
 Exoterica illud potissimum discriminis intercedit, ut illa  
 rationibus exactissimis, quas vulgus assequi nequit, ad sci-  
 entiam; Hæc verò simplicioribus & vulgaribus ad opinio-  
 nem tantum ducant. Unde etiam factum quod Philoso-  
 phi sæpius antiqui dedita opera in scriptis suis Acroama-  
 ticus obscuriores & pressiores esse voluerint, ut scilicet he-  
 betiores minusque præparati ab eorum lectione repelle-  
 rentur, rerumque divinarum contemptus in hominum  
 genere evitaretur. Synes. Epist. 142. Diog Laërt. l. 8. in vita  
 Pythag. Philopon: in proem. phys. Galen. loc. cit. in rebus enim  
 difficilioribus pauci vident veritatem, plures dicere pos-  
 sunt καὶ δειπνῶν εὐδογῶν τε. Alexand. Aphrod. in lib. ὀμιλεῖν.  
 Neque propterea invidiâ alicujus accusandi erunt, cum  
 nec pura aqua, ut Galenus ait, in utres impuros infundat-  
 tur, nec invidia censeatur si quis natura cæcis lumen non  
 præferat, aut surdis harmonias præcinat vid: Jamblich: in  
 vita Pythag. c. 17.

Picc. p. 96.

§. 3. Morem verò explorandi Auditores Domesti-  
 cos satis nobis ostendunt Exempla Veterum Philosopho-  
 rum, qui non quemlibet statim è vulgo ad Philosophiæ pe-



metrabilia admiserunt, sed certa tantum quædam Ingenia, probèqve antea explorata ex illorum numero elegerunt. Quod ipsum non solum Chaldaeos & Ægyptios antiquitus accuratissimè observasse tradit *Clemens Alexandr. l. 5. Stromat. & Rittersbus. ad Malchum.* Sed & Pythagoram ab iis edoctum *Gell. l. 1. Noct. Attic. c. 9. Jam à principio,* inquit, *adolescentes qui sese ad discendum obtulerant, ἐφωτογονόμενοι.* Id quod significat, mores naturasque hominum, conjectatione quadam de oris & vultus ingenio, deque totius corporis filo atq; habitu, sciscitari. Eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat. *conf. Jamblich. c. 17. Synes. in Dione. Diog. Laert. l. 8. in vita Pythag. & Aristotelem Gell. l. 20. Noct. att. c. 5. qui & Democritum Protagoræ ingenium priùs probè examinasse ait, quam illum secum abduceret & Philosophias doceret l. 5. Noct. c. 3. unde Xenocrates eum, qui liberalibus artibus minimè instructus ludù ipsius frequentare cupiebat à se repulit. Diog. Laert. l. 4. in vita ipsius.* Et Epictetus, cum animadverteret hominem impudentem corruptisq; moribus, cætera omnia præter animum procurantem, studia & disciplinas Philosophicas contrectare, Deùm atqve hominum fidem inclamabat, declarans, literas atq; doctrinas Philosophiæ, cum in hominem degenerem influxissent, verti, mutari, corrupti & quod ipse *κωινώτερον*, urinam fieri, aut si quid est urina spurcius *conf. Gellius l. 17. Noct. att. c. 19.*

§. 4. Igitur ut ejusmodi incommoda evitarentur, in eo, qui genuinus & domesticus Philosophiæ Auditor futurus esset, INGENIUM acutum, in discendo STUDIUM & LABOREM, ELEMENTA denique ERUDITIONIS prærequirerent. Sic enim de Aristotele refert *A. Gellius l. 20. Noct. att. c. 5.* quod ad *Acroamatica non temere quemquam miserit; nisi cujus antea Ingenium & eruditionis elemen-*



*elementa atque in discendo studium laboremque explorasset.*  
Quibus consona videntur illa, quæ ad virtutes, artes, sci-  
entias, operisque alicujus perfectionem ritè obeundam  
communiter requiri solent Natura scil. Doctrina & Exer-  
citatio, de quibus vid. 2. *Eth.* 1. l. 10. c. 9. l. 7. *Polit.* 13. *Plutarch.*  
*de Educand. Liber. Diog. Laërt.* l. 5. *in vita Aristotelis.*

§. 5. INGENIUM quod attinet, ad illud non solum  
vim illam res propositas facillimè percipiendi, sed & vim  
judicii, quæ ea, quæ per se sunt nota, ab iis quæ non sunt  
per se nota, & rationes rei propriæ à peregrinis & alienis  
discerni queunt, una cum bona memoria requirunt. vid.  
1. *Eth.* 2. & l. 3. c. 7. 1. *Eud.* C. 6. & 1. *de part. animal.* 1. conf. 8.  
*Top.* 14. & 6. *Eth.* 12. 13. De Oratore suo Crassus apud *Cicer.*  
l. 1. *de Orat.* n. 28. Censeo, inquit, naturam primùm atque  
ingenium ad dicendum vim asserre maximam, nam & animi  
atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui ad excogi-  
tandum acuti, & ad explicandum ornandumq; sint uberes & ad  
memoriam firmi atq; diuturni, & hæc quidem accendi aut com-  
moveri arte possunt, inseri verò & donari ab arte non possunt  
omnia, sunt enim illa dona nature. Et Philosophus ad Offici-  
um Auditoris Philosophi requirit 3. *Eth.* 1. ut talem in una-  
quaque Disciplina requirat *Alex. Bero*, qualem ipsius artis  
materia, in qua occupatus est, patitur; paris enim inscitia  
esset à Mathematico, qui necessariis & evidentibus argu-  
mentis uti debet, probabilia tantùm, ab Oratore verò, qui  
ultra probabilia non progreditur, exactissimas demon-  
strationes postulare. Illud verò accuratum judicium præ-  
supponet. Est enim hominis eruditus, eatenus exactam in uno-  
quoque genere explicationem requirere, quatenus ipsius rei na-  
tura pati potest. Et unusquisque ea rectè judicat, quæ cognoscitur  
absolute verò omnia, qui in omnibus eruditus est. 1. *Eth.* 1. &  
juxta l. 1. *de part. animal.* c. 1. *Homini probe periti officium est*

judi-

pl. 133



*judicare perspicenter posse, quidam rectè aut non rectè ab eo, qui docet, exponitur, quippe cum & hominem omninò peritum talem esse existimemus; & peritiam ipsam non nisi facultatem hujus officii esse statuamus. Ideoq; ille demum verè idoneus natus dicendus erit, qui visum habet, quo discernere valet & id quod verè bonum est eligere: isq; bono Ingenio præditus erit, cui hæc naturæ affectio insita est; quod enim maximum est & pulcherrimum, quodque ab alio accipere aut discere nullo modo licet, id quale natura est, tale ipse habebit: atq;ve ita quidem bene ac rectè natura esse affectum, ipsa erit perfecta naturæ habilitas atque aptitudo. 3. Eth. 7. Memoria verò quantum ad Philosophiæ cognitionem conferat satis indicat Afranius in togata cui Sellæ nomen est, apud Gell. l. 13. c. 8. dum eam Sapientiæ matrem appellat inquit:*

*Ufus me genuit, mater peperit memoria,  
Sophiam vocant me Graji, vos Sapiëntiam.*

*Ac si insinuare vellet, nullam à natura rem tantùm gignere ac nutrire quantum memoriam posse, cum & ad perdiscendum & ad cæteras vitæ res non minimam conferat portionem: Nam rerum gestarum memoria, ad futurorum consultationem exemplum quoddam extat, & disciplinæ quasi quædam cella penaria est. vid. Plutarch. de Educand. liber. Unde Pythagoras ap. Diogen: Laert. l. 8. c. 1. discipulos suos admonet ut memoriam imprimis exercent; idque in utramque partem faciendum est, sive ab iis qui natura memores, sive contrà ab iis qui obliviosi fuerint. Illi naturæ abundantiam corroborabunt: Hi verò defectum supplebunt; illis cæteros, istis seipfos vincent. Plutarchi loco proxime cit.*

§. 6. Ingenio adjungitur in discendo **STUDIUM & LABOR**, **STUDIUM** scilicet ardens Veritatis, quod non



non malè à *Synefio in Dione* totius Philosophiæ primordi-  
 um dicitur. Huic quippe qui deditus est, facilè ultra vul-  
 gares rationes progreditur, inque domesticas rerum cau-  
 sas inquirens non priùs acquiescit, quàm ipsa re probè  
 cognita Scientiam acquisiverit, præsertim cum tales Phi-  
 losophiæ ardores & amores, quantò interiùs ad rationes  
 eorum quæ sunt, ingrediuntur & se insinuant, atque in  
 ipsorum septa se jam produnt, tantò turgidiorem etiam  
 ad superiora enutrient & augeant appetitum. Commodè  
 ad rem *Nicephorus Gregoras præfat: in Synesi: de Insomn. Iso-*  
*crates dixit, si sis discendi cupidus, eris multijuga doctrina-*  
*præditus, perinde enim ac si flamma calamos apprehenderit,*  
*quantò avidius devorat alimentum, tantò multiplicat sa'tem,*  
*ac vehementius in subjectam mensam surgit et excitatur.* Ideo-  
 que & Philosophi olim præstantissimi summo studio  
 laborarunt, ut continuum veritatis ardorem multis cre-  
 berrimisque adhortationibus in animis discipulorum exci-  
 tarent atque conservarent, uti patet Exemplo Pythagoræ  
 ap. *Jamblich. de Secta Pythag.* Platonis in *ipso Euthydemo.*  
 Tauri ap. *Gell. l. 6. noct. Att. c. 10.* Aristotelis ap. *Laert. l. 5. &*  
*Alex. Aphrod. l. 2. Comment: in Top.* Theophrasti ap. *Laert*  
*l. 5. in vita ipsius; Galeni ap. Hieron: adversus Jovian: Alio-*  
 rumque. Et, ut optatissimum hunc finem, veritatem sci-  
 licet, quam unicè Domesticus Philosophiæ Auditor in stu-  
 dio suo desiderat, ritè tandem & rectè obtineat, LABO-  
 REM insuper sedulū adhibeat necessum est. Veritas in oc-  
 culto latet, nec aliter quam sudore & labore eruenda est,  
 qui, ut in omnibus ferè rebus, ita & in hoc efficacissimus &  
 expeditissimus reperitur. *Aquarum guttæ, inquit Plutarch: de*  
*educ. liber. Lapides cavant: ferrū & æs manuum tactibus obte-*  
*runtur: carpentorum rota summis inflexæ viribus, haud ul-*  
*lo pacto pristinam rectitudinem reparare possunt: & factus*  
B
preter



præter naturam labor naturæ vim superat. Et paulò post: Si quod fertile natura solum incuria deditur, squalet incultum: quòq; naturà præstantius est, eò magis, si per otium & negligentiam omissum erit, perditur &c. Quare etiam Plato l. 12. de Legib. Hominem suæ Perfectionis cupidum *ἡγευτήν τῆς ἀληθείας* i.e. Venatorem veritatis esse jubet. Nam, prout venator feras, quæ intra nemora se abdunt & in latibulis suis latent, diligenti indagine inquit & inventas capit; ita ille naturas rerum sensilium involutas & abstrusas, magno studio vestigare & eruere debet, quemadmodum pulchrè id ipsum explicat *Piccart. in Isag. c. 5.*

in Elem. q. dicitur  
 d. Phil. et Elem.  
 d. Philosophiæ, q. principia  
 d. Analyt. ordine  
 ad nos doctrina  
 ita dedit à principiis  
 ita dicitur, &c. etc.

§. 7. Ingenio tandem Studio & Labori ERUDITIONIS quoque ELEMENTA adduntur, cum juxta *Plutarch: lib. de educand. lib.* natura sine disciplina cœca res sit, & absque natura disciplina manca existat; Imperfectum autem quoddam, si his careat exercitatio. In agrorum cultura bonam imprimis tellurem esse oportet, tum serendi peritum agricolam, dehinc optima semina; telluri naturam, agricolæ præceptorem, seminibus studiorum Institutiones ac præcepta conferes. Quæ omnia in eorum animis convenisse videmus, qui sempiternam in Philosophia consecuti sunt gloriam. Ordinem verò illum ab Elementis ad intimiora Philosophiæ penetralia procedendi, postulat tum ipsius Veritatis natura, tum Intellectus humani conditio. Veritas magnis sæpiùs difficultatibus involuta, non sine damno, neglectis elementis, tangitur; prout enim *oculus non sine damno immodica luce perfruitur, sic veritas is qui in rerum perspicuitatem mentis aciem intendere nequeunt, nocet. Synes. Epist. 105. conf. Epist. 136. & l. de Insomn.* Intellectus quoque humanus ita comparatus est ut per gradus demum perficiatur, & per eundem opinari-

vam



vam cognitionem ad Sapientiam deducatur, hacque in parte ipsam naturam ducem habens, quæ gradatim ab imperfectioribus ad perfectiora progredi solet. Et qui aliàs via hæc progredienti esse posset, in qua nullus pèdetentim progressus appareret, neque prius quicquam neque posterius, neque certus ordo esset? Sed Bacchico quasi furore & fanatico saltu ad extremum perveniretur, ut loquitur *Synes. in Dione*

§. 8. Quid verò Elementorum horum nomine veniat, licet varias & discrepantes de iis inveniamus opiniones, tamen inter omnes eos verissimum statuisse putamus, qui per hæc ipsa primam illam Græcorum Institutionem, quæ propter Philosophiam suscipiebatur, intelligunt. Ad hanc autem referebant: *Grammaticam, Poeticam, Rhetoricam, Mathematicam & Dialecticam*. Et illam non solum apud Græcos usitatissimam fuisse testantur *Plutarch. in Marcello, Synesius in Dione, Galenus sæpissimè & alii quam plurimi, sed & omnium ferè temporum Doctissimorum virorum Testimonia & Exempla comprobant, qualia sunt Pythagoræ, Socratis, Bionis, Platonis, Aristotelis, Dicæarchi Messenii, Persii Flacci aliorumq; quàm plurimorum, de quibus vid: Diog. Laert: in vitis illor: Guarin: Veronens: in vita Platonis & Aristotelis. Anemon: in vita Arist: Suidam aliosque. His addimus Testimonium Xenocratis, qui disciplinas illas anfas & adminicula Philosophiæ appellat apud *Plutarch. lib. de Virtute Morum. & Diog: Laert. l. 4. in vita ipsius. Tauri Philosophi ap. A. Gell. l. 13. noct: Att. c. 4. Ciceronis l. 5. de senibus & Philonis Judæi sapientissimi, qui sæpius has ipsas Elementa prima, ancillas & Philosophiæ ministras vocat, quam etiam sententiam probant Basil: in Conc: ad Adolescent: de util: ex Græc. Autor: capienda. Clemens Alexand: in lib 66. Stro-**



*mat. Synes: in Dione. Cassiodor. in lib: de Orbe disciplin: libe-  
ral: Isidorus Hispalens: in libb. prior. Etymol: Porphyrius l. 6.  
de hist: Philos: apud Tzezem in Chiliad: Martian: Capella in  
Satyr: de Nupt: Philolog. & Alii.*

§. 9. Et primò quidem GRAMMATICAM (quam olim juxta Asclepiadem à Grammatistica distinxere, ut patet ex *Tranquill. de illustr. Grammat. c. 4. & 24. it. l. 6. Top. c. 5.*) præliminare esse intimioris Philosophiæ, non solum ipsa Natura, sed & aliarum Disciplinarum ac Scientiarum Methodus ostendit. Naturâ enim Infantes voces prius, quam res ipsas comprehendere videmus. Et sapientissimi quique methodi Doctores inter alias & hanc suppeditant Regulam: Ut ante ipsarum rerum tractationem vocabulorum prius varias significationes explicemus; *qui enim vocabula non discunt rectè intelligere, ii etiam in rebus ipsis falluntur juxta Plutarch. de Isid. & Osir:* Ideoque etiam Mathematici antequam ad Problemata & Theoremata accedunt, initio præmittere solent in qua significatione accipiant, suos Terminos, lineam scil: punctum, planura, Circulum &c. Pariratione Philosophus quoque in Libris Methaphysicorum, antequam Libro sexto ad ipsius Objecti tractationem progreditur, vocum prius tum in omni Philosophia, tum quam maximè in Metaphysica adhibitarum, varias potestates & virtutes in Libro quinto aperit. Rationem suppeditans in *lib: Sophist. Elenchor. c. 1.* quod, cum nomina finita sint, res autem numero infinita, necessum sit, ut idem nomen & eadem oratio, plura significet. Sicut igitur illi, qui calculorum usum non tenent, à scientibus circumveniuntur: eodem modo & illi, qui nominum potestates non tenent, paralogismis decipiuntur & cum ipsi disputant, & cum alios audiunt. Quod ipsum etiam probè attendisse Græcos observamus, qui in prima Juvenum Institutione Grammat-

mati-



maticam in primis præmiserunt. De Platone refert *Laert.*  
*l. 3. de vit. philos.* quod in prima ætate apud Dionysium,  
 Grammaticum Literas didicerit. Et ipse quoque in *An-*  
*terastis* testatur, se, cum Dionysii Grammatici ludum in-  
 gressus esset, adolescentes conspexisse claris parentibus  
 procreatos, qui plurimæ probitatis indolem præ se fere-  
 bant conf. *Guarin: in vita Plat:* Similia de Aristotele vid. ap.  
*Guarinum in vita ipsius.* Et, licet primùm quidem Romæ,  
 rudi ad huc ac bellicosa civitate, nec dùm magnoperè Li-  
 beralibus Disciplinis vacante, Grammatica in usu parum  
 fuerit, nihilominus tamen, postquam Crates Mallotes, in-  
 ter secundum & tertium bellum Punicum, studium Gram-  
 maticæ in urbem intulisset, Romani que Equites L. Ælius  
 Lanuvinus & Servius Clodius illud instruxissent & ab om-  
 ni parte auxissent, adeò apud Romanos crevit, ut tra-  
 dantur, temporibus quibusdam viginti celebres Grammat-  
 ticorum Scholæ in Urbe Roma, pretiaque Grammatico-  
 rum summa fuisse; Eamque ipsam deinde in alias quoque  
 Provincias penetrasse, ac nonnullos de notissimis docto-  
 ribus peregrè etiam docuisse; de quo vid. *Tranquill. de Il-*  
*lustr. Grammat.*

§. 10. GRAMMATICÆ adjungitur POETICÆ,  
 quia non solum LITERATI, qui, referente *Cornelio Ne-*  
*pote in libell: quo Literatum distinguit ab Erudito,* Poetarum,  
 interpretes erant, à Græcis olim *γερμανοι*, dicti fuerunt,  
 verùm etiam Clarissimi Grammatici Poëmata & scripse-  
 runt & docuerunt. De Valerio Catone Grammatico  
 refert *Tranquill. de illustr: Gramm. c. II.* quod per idoneus  
 Præceptor fuerit maximè ad Poeticam tendentibus, hinc  
 de eo:

*Cato Grammaticus, Latina Siren.*  
*Qui solus legit ac facit Poëtas.*

B. 3

Sic

*Picc: p. 220. XIX f*  
*antiquit. Poët. R. E. E. E.*  
*et p. 221.*



Sic & de Q. Cæcilio Epirota Grammatico *e. 16.* ait, quod tum Adolescentibus præcipiens Virgiliū & alios Poëtas novos prælegerit. Eam autē accuratiori Philosophiæ meritò præmissam fuisse vel exinde constare potest, quod omnia sua dogmata non ad accuratam rei veritatem, sed ad vulgi tantum captum & opinionem accommodet. *Poëtica* inquit *Synes. in Encom; Calvit: popularis potius esse videtur omniaque ab ea magis ad opinionem, quam veritatem accommodata sunt; Popularia verò tanquam faciliora & notiora ipsis scientificis doctrinis præmittenda esse quis non concesserit? Accedit Poëtarum venustas, quæ, prout idem Synes. in Dione ait, juvenum animos exhilarans occultè stimulat, & paulatim quodammodo convertit, illosque ad futurum Philosophiæ studium accingit; ut non incommode Poëticarum quæstionum exercitium unculæ à Plutarcho in lib. de tuenda valetud. Studiorum secundæ mensæ appellentur. Imò ipse Philosophus Poëticiæ cognitionem ante Rhetoricam requirit. Sic l. 1. Rhetor. c. 11. Disputationem de Ridiculis, ceu notissimam præsupponit, eam autem in Libb. de arte Poëtica absolverat. & 3. Rhet: 2. tractationem de Synonymis pro jam explorata assumit, quam tamen *Simplic. Comment: in Categor.* in Poëticiis à Philosopho susceptam fuisse tradit; pari ratione etiam in l. 3. Rhetor: postulat ut jam notas quatuor Metaphorarum formas, de quibus lib. 1. de arte Poet. tractaverat. Ideoque etiam Clarissimi olim Philosophi Poeticam tanquam præliminarem in juventute præmiserunt. De Platone refert *Gellius l. 19. noct. Att. c. 11.* quod admodum juvenis, cum Tragædiis contenderet, versus amatorios composuerit. & *Guarin. in vita ipsius* tradit, ipsum Poeticam miro complexum fuisse ingenio, scripsisseque primū  
Dich-*



Dithyrambos, postea cantilenas, demum Tragœdias doctorum hominum collaudatione celebratas, antequam ad Socratem philosophum ætatis anno vigesimo accederet. *conf. Diog. Laert. in vita ipsius.* Similia de Aristotele, idem quoque *Guarin. in vita ipsius* recenset, quod Poeseos cognitionem in juventute sibi comparaverit, id quod ex ijs scriptis, quæ partim ad rem Poeticam, partim ad Poetas ipsos spectant, item ex quæstionibus Homericis satis intelligere licet. *conf. Ammon. de vita Arist. & transl. veter.* His tandem Exemplis Poetæ quoque Testimonium accedat; sic enim Petronius in satyr.

*Det primos versibus annos*

*Mæoniumque bibat felici pectore fontem:*

*Mox & Socratico plenus grege mittat habenas.*

§. II. POETICÆ annectitur RHETHORICA, quia & Poeta, juxta *Cicer. l. 1. de Orator. 16.* Oratori finitimus est, numeris paulò adstrictior, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus socius ac penè par. Et Veteres olim Grammatici Rhetoricam simul docuerunt, multique de utràque arte Commentarios reliquerunt. Et, licet postmodum discretis professionibus illæ disciplinæ traderentur, nihilominus tamen Grammatici genera quædam Institutionum ad Eloquentiam præparandam retinuerunt, ut problemata, periphrales, elocutiones, ethologias aliaque hoc genus: ne omnino sicca atque aridos pueros Rhetoribus traderent. De M. Antonio Gniphone Grammatico *Tranquill. de illustr. Grammat. c. 7.* refert, quod simul etiam Rhetoricam docuerit, & quotidie præcepta Eloquentiæ tradiderit. Sic & Capito Attejus J. C. eus Attejum Philologum inter Grammaticos Rhetorem & inter Rhetores Grammaticum vocat *ap. eund. c. 10.* Quod vero inter Elementa referatur, causam

esse

*Picc. p. 215. 216.  
p. 221.*



esse putamus, quod non sit *ἡ δὲ τὴν ὁμοίωσιν* I. *Rhet. c.*  
1. & 2. & c. sed per omnia rerum genera valetur, deque re-  
bus moralibus, naturalibus aliisque non ex propriis &  
genuinis, sed ex communibus & probabilibus principiis  
differat. Communia verò & indistincta manifestiora  
sunt determinatis ac distinctis; commune enim totum  
quoddam est, & multa comprehendit; totum autem se-  
cundum sensum notius est; jam à notioribus nobis  
ad notiora naturæ progressus faciendus est juxta 1. *Phys. I.*  
unde etiam pueri primum omnes viros patres, foeminasq;  
matres appellant, postea verò horum utrumque deter-  
minant. Accedit, quod Rhetorica non scientiam aliquam  
sed *ἡδὴ* tantum gignat, sicque popularis evadat. 1. *Rhet. 2.*  
*Hoc Rhetorica proprium est,* inquit *Petav. in Synes. Dion:* ut  
non tam vera esse, quæ dicit, quam videri velit, re ipsa, factisq;  
comprobet; nam *ἡ δὲ τὴν ὁμοίωσιν* quod in vulgi opinione sedet, *Orato-*  
*ris proprium est.* Inde etiam ab accuratori Philosophia  
distinguitur, ap. *Cicer. l. 1. de Orator: Synes: de Regno it: in*  
*Dione & Epist. 103., Petav. in eund: Guarin: in vita Arist: & a-*  
*lios;* inter Exoterica refertur à *Gellio l. 20. noct: Attic: c. 5.*  
*Quintilian: l. 3. Instit: orat. c. 1.* Inventionis quoque ratio-  
ne Dialecticæ præponitur *lib. Soph. Elench. c. ult.* Insuper,  
prout Poetica, ita quoque Rhetorica Disciplinarum Practi-  
carum Instrumentum audit; hæc siquidem Politicus in ad-  
ministratione Reip. utitur, ejusque finis Politicæ tan-  
quam Dominæ & Architectonicæ subjjicitur 1. *Etb. 2.* &  
prout Poetica artificiosâ actionum humanarum imitatio-  
ne id potissimum intendit, ut adumbratâ sub fabularum  
involucris virtutis pulchritudine, vitiorumque deformi-  
tate, nec non variorum fortunæ casuum, inordinatos ho-  
minum affectus in ordinem redigat, futurosque eventus  
animo sagaci & haud imparato quasi è longinquo prospice-  
cere



cere doceat: ita etiam RHETORICA eò annicitur, ut ali-  
os verborum lenitate in officio retineat, alios verò exor-  
bitantes Orationis acrimonia in viam revocet, & virtutis  
amore, vitiorumq; fugâ animos imbuat vid: *Cic. l. 1. de Ora-  
tor: c. 16.* Ad hæc accedit vererum Philosophorum Testi-  
monium & Exemplum, qui â Juvenibus Rhetoricam præ-  
mittendam statuerunt. De Aristotele refert *Cicero lib. de  
perfect: Orat: quod* Adolescentes ad copiam Rhetorum in  
utramque partem, ut ornatus & uberius dicere possent,  
exercuerit, locosq; quasi argumentorū notas tradiderit,  
unde omnis in utramque partem traheretur Oratio. Ipse  
quoque antequam ad Platonem juvenis accederet, Elo-  
quentiæ operam navavit vid: *Ammon: in vita ipsius & Gua-  
rin: Cic. l. 1. de Orat: & in Proëm: ad Trebat. quod & Platonem  
aded in juventute observasse tradit Lært: l. 3. de vit. Philos.  
ut â quibusdam ob miram Orationis latitudinem & uber-  
tatem nomen Platonis acceperit. Eadem quoque de Aulo  
Persio Flacco in vita ipsius referuntur, quod antequam An-  
næo Cornuto Philosopho se traderet, Virginium primū  
Flavium Rhetorem audiverit. Quam tandem consuetu-  
dinem ut veteribus usitaram confirmant quoque *Sextus  
Pyrrhonius lib. adversus Mathemat: & Petron: in Satyr.**

§. 12. HISTORIÆ quoque Cognitionem Philoso-  
phiæ accuratæ præmittendam esse, nemo facilè negaverit  
cum & *juxta Dionys. Halicarn: l. 1. Origin. veritatis ac Pru-  
dentia Sapientiæ que Principia in Historiis recondita cre-  
damus, ipsaque communem quasi materiam universæ  
Philosophiæ suppeditet, siquidem omnes ferè artes &  
scientiæ, ut sæpius Aristoteles docet, ἐκ τῆς ἐμπειρίας, & hi-  
storia rerum ipsis subjectarum profectæ sunt, ut patet ex  
Historia Rerump. lib. 2. Polit: & Historia animalium lib. X.  
(quod opus tanquam περὶ τοῦ ἀνθρώπου & ἐξωτῆρος tractatio-  
ni animalium præmittitur, Themist. in Proëm: Phys.) Sed &*

C

ratio



ratio methodi suadet ut per demonstrationem *ὄν*, quæ ex historia deduci solet, ad *διόν* progrediamur; prius enim quæ manifesta sunt in unoquoque genere sumenda sunt, postmodum vero causas eorum invenire tentandum est. Sic enim secundum naturam faciemus methodum, cum singulorum historia posita fuerit; ex his enim manifestum erit, de quibus & ex quibus opus sit fieri demonstrationes. *i. de part. animal. c. 1.* Præterea, cum tot in Philosophiæ denter sectæ, variæ quoque ac diversæ opiniones, ex quibus veritas sæpius eruda est, necessum erit, ut antequam ad earum dijudicationem descendat Philosophiæ auditor, earum historiam probè habeat cognitam, ut postea eò meliùs ex iis quid rectum sit indagare, quod à vero abhorret repudiare, suamque sententiam eò firmiùs stabilire queat. Veterum enim sententiæ aditum nobis ad ipsam veritatem faciunt vid. *1. Top. 2. l. 8. c. ult. 7. Eth. 1. 13. Met. c. 1.*

Picc: p. 126. 127.  
rebindung ex Bibliothek  
D. Picc: p. 230.  
P. 148.

*S. 13.* Hisce ex opinione Veterum MATHEMATUM quoque Doctrinam adjicimus, cum per hæc ipsa non solum accurata domesticorum à vulgo auditorum detur discretio; Sed & illi, qui paulò hebetiores reperiuntur, ad altiora præparentur & disponantur. Qui enim, natura ad Logisticam facti sunt: illi quoque ad cetera percipienda accurate ingenii excellere solent, illi verò qui tardiori ingenio præditi sunt, illius artis exercitatione acutiores redduntur. juxta Platonem: *l. 7. de Rep.* Ideoque etiam eadem loc. cit. *ἡ κομμάτιας* sive prima Eruditionis Elementa vocat, illaque in *l. 7. de Legib. & Epinom.* ante Philosophiam discenda esse præcipit, neque aliquem ad se audiendum admisit, nisi his ipsis instructus, accederet, quemadmodum dictum illud in foribus Gymnasii ipsius inscriptum testatur *ἡ δὲ ἐκείνη ἀναγκαῖα ἐστὶν ἵνα οἱ μαθηταὶ ἀκούσῃν τῆς φιλοσοφίας ἔσονται ἀξιόματοι*. Rationem hujus Consuetudinis reddit Ammon: *Comment. in Isag. Porphyr.* ex mente Platonis, ut eorum beneficio juvenum animi ad formas universas à rebus singulis avocandas erudirentur. Mathematici enim quantitatem non prout huic vel illi materiz

im-



immerſa eſt; ſed à rebus ſeparatam conſiderant, atque ſic paulatim auditorem ad intelligenda illa, quæ materia ſunt expertia, præparât. Conſentiunt & his Peripaterici v. gr. *Ammonius in prodrom: ad: Inſt: Porphyr.* qui Diſciplinâ Mathematicas ſcalas & gradus ad intelligenda divina vocat, quia nos ad intelligentias ſeparatorum à materia aſuefaciunt. Accedit, quod Diſciplinâ Mathematicâ non circa aliquam ſubſtantiam, quæ præcipuum in ſcientiis Objecti munus ſuſtinet, ſed circa accidentia tantum, v. gr. lineam, Circulos, numeros verſentur, quæ tamen per ſe Philoſophus nō conſiderat. *3 Met. 2. l. 4. c. 2., l. 6. c. 1. & 2. l. 11. c. 7. l. 12. c. 6. & 8.* Ad hæc, quis in Philoſophicis Ariſt. ſcriptis, ſine harū præcognitione, felicē ſibi ſucceſſum polliceretur? Cum & Libri Analytici, Ethici, Politici, de Cœlo, Meteorologici alii- que, multa ex his præcognita præſupponant. Ideoque etiam celeberrimi olim Philoſophi has ipſas & Philoſophiæ intimiori præmiſerunt, & alias præmittendas docuerunt. De Platone refert *Laert. l. 3. de vitis Philoſ.* quod ad Euclidem Socraticum Geometram, Megaram conceſſerit, deinde Cyrenem ad Theodorum clariffimum ea ætate Mathematicum, antequam ad Archytam Tarentinum, Pythagoricum in Ægyptum Philoſophandi gratia ſe conferret. Pictoria quoque arti, in juventute ſummam curam impendit, ut Geometricas lineas & figuras eò commodius deſignare poſſet. Ipſe pariter in *Anteræſtis* teſtatur, ſe in Schola Dionyſii Grammatici Præceptoris ſui pueros reperiffe, qui lineas & Circulos Oenopidæ magni nominis Mathematici deſcriberent. Similia de Ariſtotele refert *Guarinus* quod ſc. juvenis in Mathematicis longè primus habitus fuerit. Quod & ipſe confirmat *l. 6. Eth. c. 9.* dum juvenes Geometras quidem & Mathematicos evadere, prudentes verò minimè, & paulò poſt, etiam pueros Mathematicos fieri ſtatuit. Ariſtotele conſentit *Seneca Epift. 89*

& Sextus

Picc. p. 145.















immerfa est; sed à rebus separatan  
paulatim audito rem ad intellige  
sunt expertia, præparât. Consenti  
gr. *Ammonius in prodrom: ad: Inst:*  
Mathematicas scalas & gradus ad t  
quia nos ad intelligentias separatorum  
Accedit, quod Disciplina Mathema  
substantiam, quæ præcipuum in  
sustinet, sed circa accidentia tantu  
los, numeros versentur, quæ tamen  
considerat. *3 Met. 2. l. 4. c. 2., l. 6. c. 1.*  
Ad hæc, quis in Philosophicis Aris  
cognitione, felicè sibi successum p  
bri Analytici, Ethici, Politici, de C  
que, multa ex his præcognita præ  
eriam celeberrimi olim Philosoph  
phiæ intimiori præmiserunt, & ali  
erunt. De Platone refert *Laert. l. 1.*  
Euclidem Socraticum Geometra  
rit, deinde Cyrenem ad Theodoru  
te Mathematicum, antequam ad  
Pythagoricum in Ægyptum  
conferret. Pictoria quoque arti,  
curam impendit, ut Geometricas  
modius designare posset. Ipse p  
tur, se in Schola Dionysii Gramma  
ros reperisse, qui lineas & Circulos  
minis Mathematici describerent.  
fert *Guarinus* quod se. juvenis in M  
mus habitus fuerit. Quod, & ip  
dum juvenes Geometras quidem  
re, prudentes verò minimè, & pau  
thematicos fieri statuit. Aristotel

t, atque sic  
æ materia  
ripaterici v.  
Disciplinas  
vina vocat,  
suefaciunt.  
ca aliquam  
ecti manus  
am, Circu  
ofophus nō  
*l. 12. c. 6. & 8.*  
e harū præ  
Cum & Li  
ologici alii  
Ideoque  
& Philoso  
ndas docu  
los. quod ad  
a concess  
um ea ata  
arentinum,  
di gratia se  
e summam  
ras eò com  
erastus testa  
oris sui pue  
magni no  
ristotele re  
is longè pri  
*l. 6. Eth. c. 9.*  
ticos evade  
pueros Ma  
*enesa Epist. 89*  
& *Sextus*

Picc. p. 145.

